

EPITHALAMIA CARMINA,

quibus

Honestissimi, Litteratissimi, Ornatisimiq;

VIRI,

DN. M. CHRISTOPHORI BREMERI

HAMBURGENSIS, in Gymnasio Vratislaviensi Eli-
sabetano docentium Collegæ fidelissimi,

& ad D. Christophori Cantoris dignissimi,

SPONSI;

&

Honestissimæ Lectissimæq; Virginis

ELISABETÆ,

Speçtatissimi, Consultissimi, Honoratissimiq; Viri,

Dn. JEREMIÆ Gleißberg /

quondam Scabini, Mercatorisq; apud Leobergenses
in Silesia primarii, relictæ filix,

SPONSÆ,

Florentissimas Nuptias

Vratislaviæ Pridie Non. Majas, anni Christiani

CIO IOC LII. celebrandas

augere atq; honestare

curaverunt

BENE VOLENTES.

OLSNÆ SILES. TYPIS JOHANN: SEYFFERTIS.



Εὐλογία γαμικὴ τριγλωσσῶς
 ex Genes. C. I. v. 28. ad novos sponfos applicata.

הואה ברכי : אתכם פרו
 בשם - האל עליון רבו
 ואת - הארץ מלאו
 ואת - שמים עטרו :

Τῆνδε ἐγὼ Ἐφῶν ψυχῆθεν ἐπεύχομαι ἄχην
 Πασῶς Ἐφῶν συνεχῶς ἀγλαόκαρπῶς ἔοι.
 Καὶ ἄμφω μάκαρε τροχοειδέα πύμπλατον αἶην,
 Ἴψιφανέστε θεῶν πύμπλατον ἄμφω ἔδῳ.

Cresce, valesce, vigesce, virefce, nitesce, senesce
 Incolumis Nymphæ Sponsæ jugate piæ!
 Cresce, valesce, vigesce, virefce, nitesce, senesce,
 Incolumis docto Sponsâ jugata viro!

Ita vovet novellis sponfis
 ANANIAS Weber SS. Theol. Doctor,
 Ecclesie Elisabethanæ Vratislaviensis Pastor,
 & reliquarum, ut & Scholarum, Ephorus.

Omnia dum florent, dum formosissimus Annus,
 Ducitur in thalamum florida sponsa tuum.
 Splendida quam virtus decorat, quam gratia morum,
 In cuius vultu veris imago nitet.

Addo

Addo meum votum: thalamum, pie Chrifte, secunda:
 Sunt Neonymphorum mænia vota Senum.
 Vivite felices, læto traducite cursu
 Tempora, sit concors & sine lite torus.
 Sic benè conjugium cedit, sic dante Jehova,
 Quod spero, thalamus germine dives crit.

In amoris & benivoli
 adfectus tesferam
 decantabam

M. GEORGIUS SEIDELIUS, Ecclesiæ
 Vratislaviensis Neapolitanæ Præpositus.

CHRISTOPHORE, ætatem SCHOLA quem formare virentē
 Quemq; tholos cantu TEMPLUM animare jubet:
 Patria Nubentis tibi, nostram vellicat aurem,
 Nec planè immemores nos finit esse sui.
 Aut ibi floret adhuc, aut (nam quovq; Martis atrocis
 Experta est sevas Urbs Leoberga manus.)
 Aut certè Pacis sæclo. olim floruit arbor,*
 Quæ sua sub corio Punica grana fovet.
 Inde Tibi & Sponsæ meditabar condere carmen,
 Si modò favissent ocia abunda mihi,
 Nulla at favère; & possim tacuisse, nisi uno
 Confidam voto rem, fore, ut expediam.
 Commoda tot vobis contingere, totq; per annos,
 Quot cohibet Malus Punica grana, precor.

* Nagnif. Amplisq; Dnus. Nicolaus Henelius cap. 4. Silesiographiæ revisæ
 atq; innovatæ; Et à Bojemis quidem vel solo Rosmarino matresfamilias Leober-
 genfes veltigal non infructuosum hætenus exegerunt; cuius quidem aromaticæ
 plantule

Plantula cultura acceptum refert Tobias Coberus, Medicinæ Doctor, observationibus castrensis celebris, non dubitabat, quod multorum cum magnatum stupore Malus Granata, & quidem trisera in horto Consulis Chrysofolomi Schubarti sub ipsâ Sileciæ trigone conspiceretur.

Dilectiss. Dno Collegæ
sub. facieb.

M. ELIAS MAJOR, P. L. C. Gymnasii
Vratislaviensis Elisabetani Rector & Professor,
Scholarumq; Inspector.

Vere novo blandi facilè junguntur amores,
Dum Venus alma suo cuncta calore movet.
Observas igitur prudenter tempus amandi,
Sponse, parans thalami gaudia vera sacri,
Quod si nescit opum montes conferre puella
Ducta, tamen confert mentis & oris opes.
Si spectas formam, poterit certare Dianæ,
Si mores, Cajam dixeris esse probam.
Ergo colas MONTEM tam pulcrâ dote nitentem,
Et bona multa feret, ceu benè cultus ager.
Sed Tu, Jhova, toro benedic è monte Sionis,
& plenâ Sponsos prosperitate bea.

Honoris & favoris E. scripsit
CHRYSOSTOMUS Schulz
Leorin.

Docte, Magisterii, dignissime Bremer, Honore,
qui scholicam Pubem non sine Fruge doces;
Quig, Dei serois in Templo Cantor Honori,
harmonicum scitâ cum regis arte Chorum.

Optima

Optima me tristem Tibi Sponso dicere Verba,
suaviter & gamicum vis resonare Melos.
Ni dolor in dextrò pede me sic angeret, à me
grata tibi pronò, quæ petis, acciperes.
Interea Pietas egro quod suggerit, illud
suscipe cum Sponsa Te redamante, rogo.
Christophorus Christum portes, vos Christus utrumq;
Lata DEI vigeat vestro in Amore quies!
Ampla Tibi Patria est Hamburgum, Sponse, Leonum
Elisia Sponse Mons Regione tua.
Estis uterq; pii, estis honestis Gentibus orti:
proprius hinc vobis accumulatur honor.
Vobis in longum vita, & Concordia cedant
Conjugii & Fructus prospiciente DEO!
Succedant vobis felici sidere cuncta,
quodq; nocere queat, sit procul omne Malum!

Dictamen è Lecto

JOHANNIS CURTZMANNI Vratisl.
Archidiaconi & Senioris ad D. Mar.
Magdal.

Me benè velle Tibi, nosti, Vir Clare, vicissim,
Nec dubitavi unquam, te bene velle mihi.
Cur ergò alterius non commoditatibus alter,
Gaudeat? exposcit dulcis amicitia.
Tecum igitur mens læta mea est: Tibi namq; Puella
Castâ, Pia & Juvenis ducitur in thalamum.
Gratulor atq; precor, sint hæc connubia læta,
Dulcia sint, opto, sint rata, firma, precor.

A 3

Sit

Sit tibi solamen conjux, sit blanda voluptas,
Sit refrigerium, sit tibi mite decus,
Hæc ego, suscepto, voveo gratanter, amico,
JHOVA Potens votis annuat Ipse meis.

M. JOH. JORDAN
Templi Elisabet: Diaconus.

Εὐδαιμονέστα γαμῆν!
Sic fors hinc, alibiq; læta floret
Huic, Illiq; sua & cuiq;, dudum
Quam divina Pronœa destinavit.

HAMBURGUM colit, & veretur, ingens
Excultæ Eusebies, decusq; Suadæ
MULLERUM: Sibi quem Silefis ora,
Nostra & BRESLA dedit, DEO sacratum,
Insigni Pietate, Mystagogum.

TE, SPONSE optime, quamlibet minori
Præfectum officio; tamen JHOVÆ
Cæles cura, tuæ per ista Terræ
subductum voluit, vireta vitæ:

HAMBURGIq; satum Poli sub Auras,
BRESLÆ tradidit: intimo quod & nunc
Gratus Pectore prædicas, idemq;
Gratus Pectore prædicabis olim.

Nam BRESLÆ dedit alma cura cæli
FAUTORES, Aditum Tibi parantes;
PATRONOS, Bona quæq; consulentes;
HOSPITES, Bona quæq; conferentes;

Pronos

Pronos MUSAGETAS; favore quorum
Duplex officium subire jussus;
Sinceros PYLADAS, favore quorum
GLEISSENBERGIA Nupta jam jugatur,
Soli nempe TIBI placens jugatur.

Observare tuum est, BREMERE, summi
Numinis Placitum, Patrisq; Ductum:
Quem SENNERTUS, ab incluto Lycéo
SAXONUM venerabilis SIONIS,
Mæcenas Tibi primus hic locorum
Scriptis litterulis; subinde mecum
Demirabitur, & favente Mente
Gratulans, hilari probabit orsu
Carminis, Bona quæq; comprecantis.

Ipse talia comprecor: bonoq;
TE velim auspicio TUÆ jugari,
Quam, præ tot Lalaris, amas ELISÆ:
Et Tuæ Patriæ Decus parare,
Illam quod, celebrem satis per orbem,
Oblectet; Tibi comparet favorem:
Quo gaudere quæas per omne Tempus
Fausti conjugii, officii, atq; Vitæ:
Quod longum velit esse JOVA Tempus!

Amici Affectus declarandi ergo sic
gratulabundus voveb.

M. VALENT. KLEINVECHTERUS
Gymnas. Vratislaviensium Magdalensi
Rector.

Hactenus

Hactenus invisis Studiis Heliconae canorum
Dulcibus, & Clivus culmen, Amice, colis.
Nunc lubet & Veneris facili lustrare choreâ
Montem, qui mihi Veris honore nitet.
Euge bonum factum! Neq; enim sine fruge laborem
Insūmis, gemini dum juga Montis obis.
Prodest in tenerâ Pindum coluisse juventâ:
Aeternae Laurus nam Tibi stemma tulit.
Nec jucundus Eryx frugis dimittet inanem:
Parturiet Mons hic gaudia plena Tibi.
Carpere jam flores Tibi Ver dat Oreados alnum:
Post illos fructum tollere Bruma dabit.

Fausta gratulationis ergo
adjiciebat

M. JOHANNES FECHNERUS.

Ergo Ithaci numquid duplex Tibi pectus Ulyssæi
Non pote persuadere, BREMERE,
Ut par hinc patriæ dulcor mentem occupet ora?
Nec toties repetita Faventum
Vox valet ad primos Te retractare Penates?
Nempe Tibi natalia terra
Viscera ubiq; patent, madido sermonibus usq;
Soeraticis. Sic incola Mundi
Audire expetiit, quem sustulit atra cicuta
Sorbitio in Tritonidis Urbe
Cecropiâ quondam Doctor barbatus. Et una
Indè locum tua Nympha Parentum

Occupat

Occupat amborum; Charitonia, dulce brabeum,
Quod Chorus Ardalidum, Tibi confert.
Hinc ut Parrhasiam lapis Indus respicit Arcton,
Indole inenarrabile monstrum:
Sic Patriam oblitus Cajam nunc respicis unam.
Ultq; sui spectat Phaëthontis
Ora dei Clytie, vultusq; reflectit ad illum:
Sic unum Te Nympha tuetur,
Nec minus ex animo Leorinam demetit urbem,
Natalis pomeria terra.
Teq; manet, sperat, te somniat, urit, & esse
Tecum optat noctesq; diesq;
Ergo velut lato matris de Corpore germen
Stirpibus inseritur peregrinis:
Sic radice novâ teneat Vos ambo Budorgis.
Scilicet ulmus adinsita Viti
Pampineis veluti crescit speciosior arvis,
Nec non scœnore prodit opimo.

Fiat! Fiat!

Ex Voto Collegæ

JOHANNIS GEBHARDI.

Φ. Ε.
Γηθόσυνα (Φελέρησι τιθῆναι ἐπιύχλια χάριτας
ἢ δι δέον. Μικρῶ πάντα Φορεῖτε μέλες.
Ζῆτε Θεῶν, γανυεγί, ἀχέων ἀτρεῖ ἠδὲ μερμηνῶν.
Τοῖσδεσιν ἠδόμενοι ἐσομεθόισ τε χερόναις.

Ita novis nuptis

m. l. q. vovet

FRANCISCUS ADAMUS KESSIUS, Licent. Med.

B

Qvis

Qvis, BREMERE, sacer novem Sororum
Cultor, quis Zephyros faventioris
Fortunæ tua, fortiore Flatûs
Pulsu, Vela seqvi negare sumat?
Nondum flammiferis Viam, coruscus
Stellarum rosei chori Dynastes,
Confecit semel integram, Quadrigis,
Ex quo Pieriæ Manus juventæ,
Inter præcipuæ Scholæ Magistros,
Quâ se BRESLA benigna clarat Orbi,
Excepit sibi Te novum Magistrum.

Post mox Melpomene tuum renoscens
Devotum studium sui, regendos
Commisit Tibi, proniore Frontis
Nutu, CHRISTOPHORI sacram per Ædem,
Laudi dulcisonis modis canendæ
Cœlorum DOMINO, Choros vacantes,

Nunc Te tertia, blandiente Cœlo,
Maçtat lætities, amica Cypris
Dum formæ lepidæ piam Puellam
Adducit Thalamo Tibi jugandam,
Quæ sese placidum Malagma sistet,
Seu Ludo venies Labore lassus,
Seu Cantu venies anhelus Æde.

Quod si sic famulans subinde Flatus
Fortunæ tua Vela prosequetur,
Albæ næ meritò cuiq; Nostrum
GALLINÆ SOBOLES eris vocandus,

Sed dum plura Tibi benignus Æther
Portabit Bona grata, grator ista,
Quæ sunt obvia; coelitis Favorem
Implorans Patris, ut Tuos AMORES
Semper Pax niveis secundet Alis;
Ne sit Prole carens Torus, Nepotes
Sed lætus videas PARENS AVUSq;
Sic istis voveo meis PHALEUCIS.

^{g. f.}
M. CHRISTOPH. Schulz/
Gymn. Magd. Colleg.

Vexabant nostram nuper fastidia mentem,
Qualia nunc mores nempe parere solent.
Hæc ego perpetuo exilio damnata parabam
Tradere vesanis diripienda Notis.
Ergo igitur campis urbem mutare sedebat,
Campis, qui propter mœnia nostra jacent.
Extuleram gressus vix portâ, en obviat Hymen
Ex auro gestans vincula bina manu.
Huic ego, dic Hymen, thalami fidisima cura,
Rettulit in censum quem Juges Juno suum?
Aspiciens torvo quærentem lumine Divus,
Nec pressis iris, talia verba refert:
Quid tibi nobiscum, cui detrectare lubenti est
Tedas & socii gaudia læta tori?
Sed tamen ut noris, quid mox sit in urbe futurum,
Auribus arrectis fac mea verba bibas;

*Pallade quem tu scis usum fructumq; secundã,
 In cujus labris mellea Svada sedet,
 Qui solitat tecum scholicos tolerare labores,
 Bremerum Sponsum munera nostra manent.
 Illo discesso, numero exhilarata secundis
 Mens ita secretã voce locuta mea est:
 Vivere cum cœptes vitam, Bremerè, maritam,
 Jova velit cœptis velificare tuis!*

Daniel Sartorius.

D. S.
Dum Pietatis amanspectus, moresq; pudicos,
 Dumq; Cor ornatum laude pudicitiaë,
 Dum vultus roseos, & candida Virginis ora
 Sæpè quis aspectat, verbaq; blanda proci;
 Incipit ardere, & tacitã omnia mente volutat,
 exoptans saltem conditione frui
 Tali, quo sibi met talem applicuisse maritam,
 vivere cum tali, & conjugè in orbe queat.
 Hinc desideria, hinc suspiria sæpè trahuntur,
 Multaq; cernuntur dissimulanter agi.
 Scilicet hæc tanta est Vis, ut quoq; dura, puellæ
 egregiæ formæ, flectere Corda queat!
 Præsertim quamvis nummorum haut adsit acervus,
 sæpe dari poscit quem sibi turba prociùm.
 Sed tamen haut fieri Fati sine Numine certum est
 Conjugia, ut subeant vincula dura Duo.
 Quis dubitetq; tuum, Fati quòd scilicet expers
 Conjugium, quod inis, doctè BREMERE, fiet &
 ELISABETA tui GLEISBERGIA vincla subintrat,
 Dispositore DEO, sponsa venusta tori.

Dignus

Dignus eras certè formosã Virgine, Sponse,
 Digna & erat claro Te tua Sponsa Viro.
 Nonnè quidem qualem voluisti, Sponse, maritam,
 talem invenisti? Fata dedere pia.
 Parvi divitias, immò nihil æstimo, dixisti:
 Si pia sit saltem, si studiosa mei.
 Illa suo sese subjectam corpore toto
 præbebit Tibi, ceu perstudiosa Viri,
 Gratulor ob talem, quam nactus es, ergo maritam,
 acclamans Vestro prospera quæq; toro.
 Esto torus felix, & ab omni parte beatus,
 Semper & alma Salus excubet ante torum.
 Vivite concordés, Pyliis transcendite metas.
 Proditæ fecundi pignora firma tori,
 Et quia plena Schola est formandã in pube laborum,
 Conjugiisq; dies nulla labore caret,
 Præstet Amor crescens, qui Vos conjunxit, ut omnis
 Vestre ubiq; labor sit quasi svave jugum.

Latoris ominis e.

calamo & animo gratulab. accin.

DAVIDES PIGRITIUS,
 Gymnas. Magdal. Vrat. Coll.

*Jam duodena nitor percurrit sidera Solis
 Sextum, Minerva cum Tuam scientiam
 Supremo, quem ferre potest, maclavit honore,
 Amice, valde amare quem mihi convenit.
 Alma Venus Tibi nunc se largam ostendit amore,
 Adducit atq; amabilem viraginem.
 Acclamare illi sicut conabar honori,
 Amoribus sic hisce paulò longius
 Afferrem carmen, Tibi si multo foret usus
 Versu, ipsa si prolixitasq; carminis*

A 3

Vivere

Vivere vel longum mage, vel promittere posset
Melius tori consorte cum suavissima,
Huic sed Musa minus faciundo est optima quamvis.
Ut proferam nihil, meis quod brachiis
Par onus haut caperem, vires si in metra vocarem.
Non Pegasus quem protulit fontem bibi.
Conjugium sit, Sponse, Tuum, bone, causa, Pœta
Felicium munus me obire qui queunt;
His dico sit causa, simul sua dona cerebri
Ostendere, erga Te & bonam mentem simul.
Ipsus, quod possum, conclamo & gaudeo tecum,
Opto, sedulus Tibi: Feliciter!
Conjugium turbet discordia nulla beatum,
In unico certetis hoc saltim invicem,
Vestrum uter impensè magis alterum ametq; colatq;
Ejusmodi contentio concordia est.
Quæcumq; à vobis peragentur, ea omnia mixta
Sint plurimis gratisq; suavitatibus.
Quæ Sophia Mysta Tibi quondam vota ferebam,
Bremere, non caruere sine optabili;
Quæ sponso Elisabeth Tibi nunc fero vota pudica,
Bremere, non bono carebunt exitu.

Sponso novello, Amico veteri apponebat
ESAIAS MAJOR, Vratislaviensis,
Juris Studiosus.

* * *
De in templo factæ denunciationis die, 28. Apr.

QUE celebrat CANTATE iterum lux, quæq; videtur
VITALI in fastis fausta redisse dies,
Hac, Bremere, die populo sunt pacta relata
Conjugii in templo, Te cupiente, Tui,

Aut

Aut omen nullum, aut vobis lux intimat ista
Prolixam vitam, suavèq; conjugium.

Idem.

Conjugium haud fecus est ac Vitæ Academia quædam,
In quâ, quæ discat, plurima quisq; videt.
Nam genus hoc vitæ, vario pro munere fortis,
Nunc regit aura nitens, nunc premit atra dies,
Tum quoq; Connubii stygius turbator & osor
Rixarum adsiduè semina mille jactat.
Hinc inter socio conjunctos fœdere crebro
Alget amor, verum jurgia dira vigent,
Contra Conjugii felix successus, & alma
Pax solo à DOMINO, non aliunde fluunt.
Improba consumit Mulier mœrore Maritum,
Sed pietatis amans est Diadema Viri.
Illa datur meritò temnenti Numina Cœli,
Sed capit hanc Summi iusta timore colens.
Hæc tacito Tecum dum singula pectore volvis,
Tu BREMERE Tibi quæris habere parem,
Non quæ culta nimis; fastu plerumq; Puellæ
Formosæ nimio turgida corda gerunt,
Non quoq; quæ pollet nummorum pondere; talis
Sapius ob nummos vult caput esse Viri.
Idcirco Nympham, Tibi quam delegit JOVA,
Hanc statuas partem pectoris esse tui.
Sat formosa venit, venit & sat opima Puella,
Quæ venit Ingenua & Casta, Modesta, Pia.
Quattuor hæc Tibi nunc offert Tua SPONSULA, SPONSE,
Cor fidum adjungens, num dare plura potest?
Non: nec plura cupis, cordi quia certa parata est,
Cui tutò fidas, jam Medicina tuo.
Hac ut vescaris felix, multosq; per annos,
Det DEUS immensus fons & origo boni.

Lis

Lis procul à Vobis sit, sed Concordia præstò,
Distrahat & nullus pectora vestra dies.

Amoris & fausta gratulationis ergò deprop.

JACOBUS SCHEFFRICHUS.

Docte BreMere Tibi persVAVIs IVngItVr VXor.

Ergo Tibi præsens, prospera qVaqVe fero.

Conditor ipse poli, qui vult socialia festa

Tendere ad augmentum terricolementum hominum;

Prospera in hoc thalamo totius tempore vita

Evenisse velit cuncta Tibi atq, Tue!

In honorem Sponsi & Sponsæ lubens
meritoq; adjicere voluit.

JOHANN SIGMUND AB HAUNOLDT.

Rerum tempus edax, horis ex quattuor anni
Nunc, quod lætemur, gaudia verna refert.

Nonne etenim tellus viridanti gramine vernat,

Arbor & umbrosas explicat alta comas;

An non luxuriant, gaudentq; greges, saliantq;

Silvisq; argutæ consociantur aves;

An non hirsutâ Volucris sub fronde Volucrum

Inquirit cupiens, & reperit sociam;

Tu quoq; nunc merito mihi perdilecte Magister

Inquiris cupiens & reperis sociam.

Gratulor atq; precor; nil vernâ ut lætius horâ est,

Nil thalamo ut possit lætius esse tuo.

*Meo hætenus fidei industriq; Ephoro domestico,
gratum animum declaraturus facieb.*

JOHANNES JOACHIMUS ab HAUNOLDT.

הנה רעי סאל כנה

חבלה לך אמנם כנה :

נתן השמחה הארון

מכסו מרון ששון :

האל השלח לאיש תורה

תקח סגורו דמעות תורה :

JOHANNES FRIMEL Wittobergensis.

Sonnet

Sonnet.

Der rauhe Winters Frost ist allbereit vergangen /
Des Lengen gülden zier bricht höchst-erfreulich ein ;
Der Sternen Oberhaupt ermuntert seinen Schein ;
Das leichte Federboldt wil igt music anfangen :
Man sieht die stolzen Bäum' in grünem Haare prangen ;
Ein Cristall heller Fluß erquicket das Gehör
Mit zitterndem gerausch / wodurch man mehr und mehr
Im kühlen Schatten kan zum süßen Schlaf gelangen ;
Es labet den Geruch der Blumen bindte pracht ;
Nichts klagt bey hellem Tag / nichts klagt bey stiller Nacht.
So wird Herr Bremer sich nach seinem wunsch ergeben
Mit seiner Edlen Braut / die sich mit fromen gleiche
Und keiner an Verstand / an Zucht / an Tugend weicht ;
Er wird des Glückes spiel vor blosser kurzweil schätzen.

Glückwunsch:

Es wolle der Höchste Glück / Segen und Leben
Euch wehrteste Herzen zum Heyrath Gut geben.

Johann Döring von Brestl.

Dactylische Ode.

Igt ist die beste Zeit Liebe zu üben
Igt ist das schönste theil in dem Jahr /
Jederman freuet sich sonder betrüben /
Selber die Erd ist ein Bräutlein / wie klar.

2.

Wildes und zahmes Vieh / grünender Felder /
Ja auch die Vögelein nehmens in acht /
Singen und springen durch lustige Wälder /
Jedes ist bloß auff die Liebe bedacht.

3

3. Was

3.
Was Sie zur Winterzeit kaum angefangen/
Das wird in dieser erfreulichen Zeit
Reichlich erfüllet mit höchstem verlangen/
Alles ist tzo zu lieben bereit.

4.
Diese Zeit auch der Herr Bremer betrachtet/
Allen ansehen nach säumt Er sich nicht/
Einsamkeit tzt Er durch Lieben verachtet
Liebet auff welch' Er sein Herze gerichte.

5.
Ihm ja die Mayenzeit billich behaget/
Weil Er die schöne die edele Blum
Frisch und getrost abzureissen sich waget/
Mit der beliebend, ergogendem rhum.

6.
Jeder wird diese Thae billich erheben/
Jeder wird diesem Ehliebenden Paar
Wünschen ein frisches beständiges Leben
Auser Betrübniß unzehliche Jahr.

Den zweyen Vortiebeten sagte dieses schuldig auff
Valentin Seidel von der Oelf:

Nunc Annus est adinstar
Amabilis puelli,
Ex cuius ore fulget
Vernilitas iuventa.
Natura, quanta quanta est,
Est plena suavitatis,
Modisq; mille passim
Ad alacritatem homullos
Invitat allicitq;.
Nix illa Liliorum,
Oculos colore pascit;
Exercitus volucrum,

Aures canore mulcet;
Rubor igneus Rosarum,
Nares odore replet;
Vis succiplena frugum,
Gulam sapore mactat,
Reliquumq; corpus omne,
Genitabilis Favoni
Mirè salubris aura
Resicitq; recreatq;.
Hec nempe gratiosa
Tepentis hora Veris,
Calcar, BREMERE, amanti

Tibi

Tibi addidit, jugale
Ut vinculum subires;
Aut si minus, BREMERE,
Tibi addidit; videri
Poterat Tibi addidisse.
Cytheræ namq; pella,
Quam Præsidentem & Magistram
Vocitant amationum,
Eadem audit hortulorum
industriosa Cultrix.

Rectè facis, BREMERE,
Qui tempore hoc amæno
Tibi feligis puellam
Ex Cypridos vireto;
Nec feligis puellam
Turpem, improbam, salacem,
sed feligis puellam
Pulcram, piam, pudicam,
Est lauta dos, puellæ
Species venusta; verùm
Pietasq; castitasq;.

Dos unica est & una.
Hanc nactus ergo dotem,
Merito cluis beatus.
Faxit Jehova summus,
Cujus Benignitati
caelebs homo & jugalis,
Animiq; Corporisq;
Sortisq; dona soli
Accepta habet referre,
Ut non modò hic novellos
Vos Conjuges amænos
Amænitæ amæna
Oneret dies, sed ingens
Vos ambo mons dierum
Amænitæ amæna
Oneret, nec ulla turbet
Vos ambo amaritudo,
Mordax amaritudo,
Vitalis aura donec
Vestros fovebit artus!
MARTINUS HANNKE, Vratisl.

Dulce, si cernas avium cohortes,
Frigore hiberno propè dissipatas,
Compares, svti memores amoris,
Quærere rursus;
Svave, si florum genus universum,
Vere Telluris gremium beante,
Mutuo junctum videas redire
Fœdere in auras;
Dulcius, quando socio videmus
Invicem captos homines amore,
Ruris ornatum, violas per hortos
Carpere latus.

Svavius

Svavius tandem, quoties beati
Conjugi nexus, metuens resolvi,
Gaudet humanos animo toroq;
Jungere amantes.
Ergo, quis faustus magè? quis, BREMERE,
Sorte latetur, Neonymphe, quàm Tu,
Quem Deus vultu placido revisens
Conjuge donat?
Faxit, ô faxit DEUS ille Summus,
Sit Tibi vinclum thalami perenne;
Sit domo vestrà procul omne damnum,
VIVITE LÆTI!

THEODORUS JACOBI,

Was Sternenhohes Lied / was Phoebus-dolle Zungen
Der Hochgelehrten Schar / Herr Bremer / euch gesungen;
Was ein Poëten-Geist mehr gutes wünschén kan
Auch erwan senden möcht' aus seiner Sinnen-schranken /
Und wer' es gleich ein Meer voll Himlischer gedanken /
Das nembt in einer Summ von meiner Feder an:
So viel in frischer Bach / die sich vom Berg' abstürzet /
Und ihren Silber-Strom mit Sand und Muscheln würget /
Der Tropfen sind / so viel auch gräser eine Kuh
Den Sommer über nagt / mit so viel gnaden-Segen
Woll' euch der Himmels-Pring von oben her belegen:
Drauf wil mit diesem Wunsch die Thür' ich schliessen zu.
Dieses sagte in Eil auf
Johann Daniel Major /
von Breslau.

E N D E.